quia vestis que est f. g. et preter caulis et edilis et quis cum suis
compositis ut siquis necquis et aliquis et preter composita ab hoc nomine as assis
ut monossis et tressis que sunt m. g. semens pro semine fru
menti vel ordei est incerti g. semis pro dimidio est omnis g. semis
pro semine est m. g. et preter molaris pro lapide seu pro dente et
pugillaris pro cornu aualis annularis auricularis
cardinalis natalis subtellaris scolaris et nomina
mensium ut quintilis et sextilis que cum sunt fixa sunt m. g.
et cum mobilia sunt c. g. et preter rudis vocalis bipen
nis que cum sunt fixa sunt f. g. cum sunt mobilia sunt c. g.
In os sunt m. g. ut ros et flos preter glos dos cos
et arbos et preter hos custos sacerdos compos et impos que sunt
c. g. preter os ossis et os oris que sunt n. g. preter greca ut
melos et chaos que sunt n. g. et id.

Omnia nomina secunde declinationis in us
os sine incremento sunt m. g. ut dominus preter propria nomina civitatum
vel insularum ut damascus et cyprus et nomina provinciarum ut
egyptus et nomina arborum vel herbarum ut quercus et ysopus
et methodus et athomus que sunt f. g. de nominibus arborum exci
pitur dumus que est m. g. paradisus infernus apud atticos
sunt m. g. sed apud nos sunt f. g. philosophus et filocalus
sunt c. g. pelagus et vulgus et in singulari numero sunt n. g.
in plurali vero m. pus pro putredine et virus sunt n. g. et ite

Et preter ista que notantur in istis carminibus. Arctos dip
tongus nardus costus quoque phaselus alvus cum istis
synodus balanus quoque vannus carbasus atque colus
abyssus humus quoque crocus. his genus byssus iungatur
et ipsi papyrus que sunt f. g.

Omnia tertie declinationis in us desinentia sunt n. g. ut
corpus et pectus preter mus lepus que sunt m. g. et preter
grus sus et ligus que sunt c. g. [illegible] et intus

M